



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Cl. Viri Valerii Andreae Desselii In Academia Lovaniensi
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

Andreas, Valerius

Coloniae, 1697

XIII. De rebus Ecclesiae non alienandis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62934)

De rebus Ecclesiæ non alienandis.

TIT. XIII.

Clerici in bonis seu rebus Ecclesiæ, quibus fructus percipiunt ratione beneficii sui, quæque Ecclesiæ ipsius dominio continentur, præter administrationem nihil juris sibi vendicare possunt, ut neque alienandi eas jus habeant.

Quid hic venit nomine Alienationis?

can. non licet cum e. seq. 117. q. 2. c. 5. h. t. & l. fin. C. de reb. alien non al.

Actus omnis, quo vel rei dominium vel jus aliquod reale transfertur quot sit donando, vendendo, permittendo, locando ad longum tempus, in emphytesin, vel in feudum dando, pignori vel hypothecæ obligando.

Cur res Ecclesiæ alienare non licet, & quæ pœna eas alienantium?

Tum quia ex parte dominio Clericorum, & multo magis laicorum, etiam Principum, in quorum territorio res illæ sitæ,

fitæ; atqui regulariter, qui dominus non est alicujus rei eam alienare non potest, tum etiam quia Canones regulariter prohibent ejusmodi alienationem. Quæ proinde non obstante prohibitione facta, est ipso jure nulla, & tam qui alienavit rem Ecclesiæ, quam qui eam accipit, excommunicatur; ipseque alienans, & quilibet alius ejusdem Ecclesiæ Clericus eam vindicare à quolibet possessore potest; quia singulorum clericorum interest, nequid rerum Ecclesiæ, cui deserviunt, depercat.

c. 2. h. t.
d. c. 2. &
c. 6. h. t.
d. c. 6.

Cur dicis, regulariter prohibitam à Canonibus alienationem?

Quia certis casibus res Ecclesiæ etiam immobiles licite alienantur, si nimirum justa causa subsit, & in super solemnitates requisitæ adhibeantur.

Quæ est justa causa alienationis?

Urgens necessitas, & evidens Ecclesiæ utilitas. Necessitas inquam; veluti si Ecclesia à re alieno gravata non habeat res ullas mobiles, unde solvat; sic aliunde non suppetat, quo pauperes alantur, vel captivi redimantur. Utilitas verò, ut si res aliqua Ecclesiæ minus utilis alienetur, *can. Ei enim. §. hoc jus x q. 2. c. 1. Aurum xi 1. q. 43 c. 8, in fine b. t.*

210 De reb. Eccles. non alien-
netur, ad aliam magis utilem compo-
randam.

*Quae solemnitates ad hoc sunt
requisitae?*

Ut alienatio fiat à Præfato cum Ca-
pitulo vel Clero, prius habito delibe-
ratu, id est re prius in deliberatione
nem deducta, an eam expediat alienare
& cum consensu expresso ac subscrip-
tione totius Capituli, vel majoris par-
tis.

d. c. 2.

*Quid si aliquid horum fuerit
emissum?*

Tunc alienatio erit ipso jure nulla
tiam si ex justa causa fuerit facta: quod
factum contra Canones est ipso jure
nullum, quemadmodum jure civili
quod fit contra leges, habetur pro in-
uito.

c. ult. h. t.

l. Nul-
lum C.
De LL.

*Quid si per alienationem legitimi factam
Ecclesia graviter sit
lasa?*

c. Ad no-
stram II.
h. t.

Poterit tunc adversus hujusmodi
alienationem in integrum restitui, & re-
sciendi alienatio: exemplo minorum
quibus Ecclesia compa-
ratur.